

Epidauri in Peloponneso (III S. 7267 descr. Wolters). — 1) *Nomen dedicantis perit.* — *Titulus scriptus est sine dubio sub Iuliis Claudiisve imperatoribus. De P. Memmio Regulo cogitavit Mommsen, qui supplementa adscripsit.*

964 P. Plautius | Pulcher | triumphalis¹ filius, | augur, IIIvir a. a. a. f. f., q. | Ti. Caesaris Ang. V consulis² |, tr. pl., pr. ad aerar., comes Drusi fili | Germanici³, avonculus Drusi | Ti. Claudi Caesaris Augusti fili | et ab eo censore⁴ inter patricios | lectus, curator viarum sternendar. | a vicinis lectus ex auctoritate | Ti. Claudi Caesaris Augusti Germanici, | procos. provinciae Siciliae. |

Vibia Marsi f., | Laelia nata⁵, | Pulchri.

Prope Tibur ante sepulcrum Plautiorum (cf. ad N. 924), ter descripta saec. XV, dudum periit (XIV 5607). — Pertinet ad filium M. Plautii Silvani cos. a. 752. — 1) *Triumphalis* dicitur *Silvanus pater Pulchri propter ornamenta triumphalia quae acceperat.* — 2) *A. 51 p. C.* — 3) *Ante a. 51, quo hic Drusus in vincula conieetus est.* — 4) *A. 48.* — 5) *Praeter patrem Vibiae, Vibium Marsum (consulem suff. a. p. Chr. 47, de quo cf. Henzen act. Arv. p. 200) adicitur etiam mater casu sexto, more Etrusco (Bormann).*

965 M. Cusinius M. f. Vel. | aed. pl., aerario praef.¹, pr. |

M. Cusinius . . f. Vel. pater. |

Fictoria C. f. mater. |

Cusinia M. f. soror.

In agro Tusculano (XIV 2604 bis descripta saec. XVII). — *Optimae aetatis, cum cognomina absint.* — 1) *Videtur munus extraordinarium, non praefectura aerarii Saturni instituta a Nerone.* Cf. Mommsen Staatsr. II³ p. 558 not. 4.

966 . . [Do]mitio T. f. Vol. Decidio¹, | [III]viro capitali, | [elect]o a Ti. Claudio Caesare | [Augus]to Germanico qui primu[s | quaes]tor per triennium citra | [sorte]m praeesset aerario Saturni², | praetori.

Romae (VI 1403 servavit Gutenstenius). — 1) *Socer Agricolae (Tac. Agr. 6 cf. Borghesi opp. 4, 148).* — 2) *A. 44 (Tac. a. 45, 29. Dio 60, 24 cf. Mommsen Staatsr. II³ 559).*

967 L. Coiedio L. f. Ani. | Candido | tr. mil. leg. VIII Aug., IIIv. | capital., quaest. | Ti. Claud. Caes. Aug. Ger., | quaest. aer. Satur.¹, cur. tab. p.² | Hunc Ti. Cl. Caes. Aug. Germ. | revers. ex castr. don. m[il.] don.³ | cor. aur. mur. val. hast. [p]ura, | eund. [q.] cum ha[be]r. inter suos q(uaestores), | eod(em) ann(o) [e]t a[e]r(arii) Sat(urni) q(uaestorem)¹ esse ius(sit). | Pub[lice].

Suasae in Umbria (Bormann ungedruckte Inschr. p. 19). — 1) Cf. Mo. Staatsr. II³ 559 n. 5. — 2) Cf. ib. p. 558. — 3) *Dona militaria meruit tribunus militum legionis octavae Augustae, in Britannia ut videtur (cf. Henzen bull. dell' Inst. 1872 p. 400).*

968 | Ma o | a Ti. Cla[u]dio Caesare | Augus[t]o Germanico | censor[e a]dlecto in | senatum et inter | tribuni[cio]s relato | ab eodem, adscito in | numerum saliorum¹, | Salonia mater | filio [pie]n- tissimo | viva fecit.